

Serenissime ac potentissime Elektor ac  
Domine,

Domine Clementissime.

**D**um inter candida Palatinatus, Julia totius, Montiumq;  
gaudia, & festivas totius Aulæ ob redeuntia Electoralis  
Sue Celsitudinis sidere felici natalitia voces & applausus,  
hortensta theatra, aneolarumque, quot floribus, tot stellulis luci-  
dissimis resfulgentium dædalea claustra latus obambulo, florulen-  
tas Veris delicias, quas Zephyrorum tepor, & amici Solis redditus  
evocavit, admirans, Charitum consilio paucos è mille floribus,  
qui sparsi viride gramen undique prætexunt, & Etesis dulce  
spirantibus sua veolentes prodigunt odores, placuit eligere, è qui-  
bus Serenissimo & potentissimo Electori floridam Coronam possem  
contexere. Necdum curiosa manus in florum electione labora-  
verat, & ecce venerandos etiam Superis vultus præferens  
è votis adstitit odorifera Chloris, corona nexilis variis flosculis  
sublimem distinxerat verticem, oculi sideribus pares vi-vido  
splendore scintillabant, frons hilaris, os Veneri simillimum, ma-  
nus variâ florum fragrantia delibuta sertum multicolor ferebat,  
vestis & argenteo colore lucida, & croceo flore lutea, & rosea  
purpura fulgida, & late virore vernans, tam versicolor, tam  
variegata, ut nullus flos, avis nulla tot ludat coloribus, quam

unius Deae cœstis una : ut tanta Dee præsentiam veneratus  
sum , hortum Veris, & Veneris, Gratiarumque locum esse, meque  
in Hymettum, Hyblamque, celebrata Poëtarum carminibus juga,  
de-venisse arbitrabar, jam à deliciis in delicias rapiebantur oculi,  
& dissimiles florum colores simul oblectabant, natalique seruo  
cupiebant implicari , cum florilega Chloris votorum meorum  
conscia me deducit ad VIOLAM : en, ait, Veris primogeniam se-  
bolem, gemmulam vernantis agri, naturæ maximum , sed nobile  
delicium , vicinâ quidem graminum ambitione tegitur humilia  
Aprilis filia, & in sua semper demissione florescit , sed sue spirat  
proditores, sua vitatis odores , quem non inescet diffusa flosculi-  
sua veolentia? quem non rapiat lugubri in umbra purpura lan-  
guescens? hanc carpe , sociaturus corona , odoram Electori pre-  
biturus voluptatem. Venimus inde ad CITRUM , cuius flores  
candidissimi fructus inter aureos emicantes quem non demulcent  
afflatu sua rīsmo? nullibi fecundiore venustate luxuriasse na-  
tura uidetur , flore nihil ad candorem amoenius , nihil ad felici-  
tatis angurium felicius , nihil ad oderem, quem dulcissimum spi-  
rat, suacius , nihil ad poma Hesperidum malis aureis simillima  
gratus: potest excogitari , felicissimi Veris delicias , & Autumni  
dicitur amabilis conspiratione in eadem arbuscula vides coales-  
cere , thesaurum hunc aureum obstetricante sol aurâ produxit, ut  
cum inseras corona, & ne corona corone desit, aspice, ait, novum  
nature miraculum, à tellure prægnante in hoc odorum calo sideria  
ad instar aut secunditatis offensionem eductum, en ut floridum  
horto.

Hortorum exornat Amphitheatum, & in odoratam plebem regia  
dominatur Majestate Corona Imperialis! & ne quid ad Im-  
perioriam Majestatem flori naturæ gratia denegaret, aurato Ca-  
put diademate coronat, & floridum per tempora monile circum-  
fundit, Cæsareum hunc Alumnum Electori Serenissimo Magni  
Cæsar is, & tot Regum Consanguineo Zephyri benignitas in lœcum  
coronæ profudit ornamentum. Conspira verant tum fortè ven-  
torum furia in Anemonen Veris corculum, Adonidis vulnera  
reno-vature, Favonii favor hanc illice susurro inter primos  
floridi Veris partus effuderat, & lœto murice natura prodiga  
confiserat, & constituerat emulam Aurora, amabili purpura  
certaturam, sed ridicbat hæc hiatu toto ventorum impetus,  
imò horum animabatur spiritu, duntus in floris hujus, ventique  
certamine hæsisset oculorum curiositas, nisi Chloris eum decerpseris-  
set, & me ad Heliotropium lato vultu pertraxisset, stabat no-  
rum naturæ prodigium, & auream foliorum sobolem explicabat,  
multum à genitrice terra, plus ab amore sole participans decoris, ut  
hic sine luce non potest esse, sic flos ille sine sole, placuerunt aureæ  
divitiae, quas tota tum pandebat ambitione: aberat florum  
decus, & Regina Rosa, quam tum vernans irrorantis Aurora  
sua vium è colorato terræ thalamo provocabat, vix tota purpu-  
rascentis astri syrmata foliorum explicaverat, & nobilis terræ, so-  
lisque filia pulcherrimo partu in nativum calathum liberaliter  
effusa solium majestatis sibi constituerat, cùm è spinoso satellitio,  
& aculeato terrore innocentem libero; jam purpurissimum suum, &

JOANNI GUILIELMO sua substernebat decora, jam in nexile  
sertum ibat, Charitesq; gratulabundæ selectos flores concatena-  
bant, cum Chloris diuinâ me rursus voce dignata: en, inquit,  
satisfecit desiderio tellus obsequiosa, dota vi coronam floribus, di-  
tabunt hanc Nymphæ gemmis pretiosissimis, in perpetuum fortu-  
næ famulantis obsequium Electori Serenissimo thesauros suos  
Thetys effundet, velut Ver suos profudit, in dividuo nexu flores,  
Et gemmæ cohærent, hoc gratitudinis, Et observantia debitæ  
vinculo devinciatur liberalitate nulla, nullis officiis vincen-  
dus animus, Anademate coronetar caput lauro, Et auro coro-  
nandum: vix finierat, ecce muneribus exquisitißimis advo-  
lant advenæ grata, Nereides, Oreades, Naiadesq;, coronæ na-  
talis honorem condecoraturæ,

Insignes omnes facie, viridique juventa  
quæ comitate profusissima

Quidquid in auriferis colligit Indus aquis,  
quidquid pretiosum è magnæ matris abstrusis visceribus, quid-  
quid è Tethyos abyssis abstrusissimis egeritur, è sinu suo, ve-  
lut ex Amalhæ cornu, fronte lata sufficiunt: quidquid fulgurat  
in Adamante, translucet in Crystallo, scintillat in Pyropo,  
lactescit in Unione, quidquid est discolor in Achate, cæruleum  
in Sapphiro, Serenissimo Electori JOANNI GUILIELMO  
afferunt, offeruntque demississime.

Dithy-